



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Exercitium deuotionis, diuiniq[ue] amoris, cuius in præcedenti epistola fit mentio, ex Iesu Christi passione beneficijsq[ue] conflatum, & in articulos 72. digestum, septem item horis, quas Canonicas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

recenset Articulos, qui simul numerati faciunt duodecim, reliqui omnes quinque. Quo fit ut collecti simul reddant Articulos duos & septuaginta, quibus tui quotidie sis memor sponfi ac redemptoris. Verum scio quid obijcies: Quomodo possum inquis singulis horis mentem ad Deum eleuare quomodo scintillas possum amoris exufflare, Deoq; gratias agere, cum multis necesse sit horis dormire, corpusq; reficere, quo tempore simul orationi vacat nemo? Certè filia, spirituales mentes etiam edentes & aliena tractantes nihilominus orant. Neque enim ad externa spiritum totum effundunt, sed dum externa agunt mente interea loquuntur Deo. Verum ut obiectioni respondeam, non hoc necessarium puto ut singulis horis, suas tribuas meditationes orationesve quibus edis, dormis, aut aliter fueris occupata, sed vt toties ter Dominum intra diem ac noctem alloquaris, quot sunt intra diem & noctem horæ. Atque ided exercere potes te in vna hora tempus præueniendo, vt pro frequentibus tribus quatuorve horis sis libera, quibus dormire habes, aut alijs fueris rebus necessario occupata. Sufficit igitur per diem vt septuagesies & bis ad Dominum te conuertas, illumq; laudes & adores, quamuis diuidas in quascuq; volueris portiones, aut in diei tempora, siue etiam coniungas hoc exercitium iuxta congruentiam status tui, officij tui, aut iuxta tuarum occupationum multitudinem. Quæ si tot tantaq; fuerint, sufficiat si vel semel viginti quatuor Articulos in die fueris meditata, hoc est, si quauis hora vel semel tantum tuo benè loquuta fueris sponso. Erit autem tuum, an singulis velis Articulis Angelicam adiungere salutationem. Tui quoq; arbitrij erit, an dolores septem beatæ virginis Mariæ, septemq; effusiones dominicas inter quinque & quinque Articulos vbique interpositas in vsum acceptare quomodo posui, an intermittere velis. Postremò tui erit iudicij, quid tibi conveniat potius, exercitium hoc ad horas canonicas applicate, an separatim hoc vti exercitio. Ego enim illud ad horas propterea solum applicaui, quo ansam præberem lectori varia cogitandi probandiq; atque nouissimè id quod tibi magis congruum inueniret, imitandi. Satis mihi est filia, mater iam modumq; exercendi administraffe Tuum atq; vniuscuiusque erit sibi illud pro temporis, loci, status, officij, suarumq; occupationum conditionibus applicare. Vale.

Mentes spirituales vt nunquam non orant.

Exercitium, seu excitamentum deuotionis diuiniq; amoris, cuius in præcedenti Epistola fit mentio, ex Iesu Christi passione beneficijsque conflatum, & in articulos LXXII. digestum septem item horis quas canonicas vocant, applicatum: & velut horologium mysticum oculis mentalibus contemplandum.

IN EXERCITIVM ET EXERCITAMENTVM DEVOTIONIS

DIVINIQUE AMORIS EX PASSIONE
ac beneficijs Christi congestum,

PRÆFATIO.

VERE nonnulli, qui pro bono felicisq; termino vite, hoc est, vt dici solet, pro bono sine impetrato horologium quoddam deuotionis sibi fecerunt, quo ad singulas dies noctisq; horas ter salutare beatam virginem Mariam, Mibi vtilius futurisque id exercitium videbatur, si ad quous salutationem rememoraretur ex vita Christi beneficium aliquod, quo eiusdem amor in mediantie igneseret, nullaq; foret hora, in qua ter Dominum Deum suum pro ingenti ipsius charitate, proq; eiusdem beneficijs deuotissimus quique non benediceret. Hoc vñq; modo fiet, vt non solum bonum obtineat vite sine veru etiam se continue ad Dei amorem exciet, vsuq; cum Deo humiliter, familiariter ac suuiter loquendi (quod puris & ordibus facile qu) assuetatur. Eam ob rem exercitium hoc scribens trado, quo singulis fiat horis beneficiorum Christi non minus ter charitatig; diuina memoria. Neg; tamē putandū est hoc fore necessarium, si occupatus qu fuerit, sine dormierit; ad singulas ipsum horas exerceri, sed tot horas prauenire potest hoc exercitio vtens, aut subsequi, siue implere quot viderit sese horis alijs impediri, in quibus Deo nequiuert in oratione loqui. Possit autē ad horas canonicas quos; exercitium applicari quomodo hic signatum est, aut aliter quomodo cuique congruerit. Aduertendum quoque, quomodo viginti quatuor sint dies noctisq; hora, ita singulis horis ter orasse, est per diem ac noctem septuagesies & bis orasse. Nulla sunt huius orationes sallicia vocaliter legenda prescripta, sed instruitur vnusquisq; ad orationem mentis, qua est in spiritu & veritate, remittiturq; propterea ad theorias nostras cantum & quinquaginta vite passionisq; Christi, vbi petitiones orationesve inuenerit; congruas, quibus spiritu ac mente ad Deum se eleuans vtatur. Quod si mente orare non potest, vocaliter easdem legat. Post quinq; tamē articulos vbiq; interfecta est vna ex septem aut doloribus beatae Mariae, aut effusionibus sanguinis Christi commemoratio, qua obseruari aut omitti possunt.

Qui autem voluerit horis applicare hoc exercitium, congruentius id ad vespervas incipiet hoc modo.

AD VESPERAS.

Dolor B. Mariae Virginis. I.

Luc. 2.

Meditare primum ex precipuis dolorem B. V. matris Mariae qui fuit postquam Simeonis audiuit prophetiam quoties eiusdem illi passio futura in mentem venit. Illum dolorem offer Christo pro tuis totiusq; mundi peccatis. In huius quoque venerationem dic, si placet: Pater noster. Ave Maria.

ART. I.

Exercitium pro felici fine vite quod.

Exercitium ad horas canonicas solucndas.

ARTICVLI VITAE CHRISTI, EIVSQUE

Matris gloriosa versibus indicati.

Præparat, & sponso, missus, fect, natus, aditur.

EXPLANATIO.

Preparat. scilicet Dei filius sibi matrem dignissimam, eandem à peccato præseruans, implens gratijs & virtutibus, & bonis omnibus exornans. Vide igitur tu, quàm sanctè concepta & nata, quàm perfectè in templo fuerit conuersata: & pro his omnibus gratias agens, Deum adora, Virginemq; saluta, dicens, *Aue Maria* &c.

Et hoc modo in sequentibus quoque ad singulos articulos ea quæ ædificant, aut præcipuè ad Dei extimulant amorem expende.

Et sponso. Desponsata est beata virgo primum Deo per virginitatis votum, sive propositum. Deinde cœlitus iussa desponsatur etiam Ioseph virgini ac viro sancto: cum quo virginitatem seruâs, ab eodem semper mansit intacta.

Gratias pro hoc age Deo, & pro castitate mentis & corporis tui sedulo Dominum ipsamq; sanctitatem virginem Mariam ora. *Aue Maria.*

Missus, scilicet est angelus ad Mariam, eandem salutaturus &c. Cogita hic Dei incarnationem matrisq; Virginis exaltationem.

Gratias age pro tanto beneficio Deo, illum suppliciter orans vt per merita beatissimæ matris suæ, te tanta gratia dignum faciat, vt in te per gratiam suam dignetur nasci, *Aue Maria.*

Fect. Maria scilicet suum in vtero natum, itq; interea ad Elizabeth exultans & nihil grauata.

Gratulare beatæ Virgini, quæ tanta gratia fuit præuenta, vt non solum creatorem cœli & terræ in suo felicissimo vtero concipere, verum etiam sine grauamine v llo illum, qui omnia portat verbo virtutis suæ, gestare meruit, & gratias age Deo, quia nobiscum fecit misericordiam suam, ipsum rogans humiliter, vt te quoque per gratiam suam visitare, illuminare & replete dignetur, *Aue Maria.*

Natus, scilicet, est Iesus ex Maria virgine. Cogita deuotionem, compassionem, exultationem, obsequiumq; & reuerentiam Virginis erga suum infantem, & gratias age Deo pro tanto beneficio, quo nos visitauit oriens ex alto, ipsum per merita suæ castissimæ matris suppliciter rogans, quatenus per suam gratiam in te quoque nasci dignetur, *Aue Maria.*

Aditur, hoc est, visitatur ab angelis, à pastoribus, à Magis. Gratias illi age &c. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi. I.

Meditare hic primam effusionem sanguinis, videlicet in eius circumcisione, & hunc pro tuis, vniuersisq; mundi peccatis tam viuorum, quàm mortuorum Deo Patri offer, dicens, *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI VITAE CHRISTI.

Sistitur, & nutrit, later, hunc lauat, hoste grauatur.

Luc. 2.

Siffitur, à matre Iesus in templo, redimendus quasi peccator, atque pro se purissima ipsa Virgo purificationis ritum humiliter obseruat. Vide vtriusque humilitatem obedientiamq; gratias age & imitare. *Aue Maria.*
Et nunciu. Iesum mater educavit, lactens alensq; infantem, & manuum operibus reficiens. Vide matris deuotionem & sedulitatem, & gratias age & *Aue Maria.*

Luc. 3.

Latet, Iesus scilicet triginta annis, vt putabatur filius Ioseph. Vide humilitatem eius, quia maluit nesciri, quam reputari. Vide suauissimam Iesu cum parentibus cohabitationem, & gratias age. *Aue Maria.*

Luc. 4.

Hunc lauat, id est, Iesum Ioannes baptizauit. Ora te rebaptizari à Christo in lacrymis penitentiae, & in sanguine ipsius parificari eidemq; pro baptismo & tui uocatione gratias age. *Aue Maria.*

Hoste, tentatus est Iesus ter in deserto ieiunans ab hoste maligno. Vide Iesu sapientiam & patientiam, cogita propriam infirmitatem & malitiam, & ora pro diuino auxilio ad superandas omnes tentationes. *Aue Maria.*

Grauat, hoc est, Iesus, famem, æstum, pluiam, frigus corporisq; fatigationem ac reliqua incommoda sustinuit. Pro his eidem gratias age, atque pro ipsius suauissimum cor, hæc cuncta eius grauamina Deo Patri in vniuersi-moris ipsius pro tuis, totiusq; mundi peccatis offer. *Aue Maria.*

Ad Completorium.

Dolor B. Mariæ Virginis. II.

Matt. 2.

Dolorem beate Virginis alterum, siue secundum, hic meditare, quem habuit, quando Herode meditante necem Christi præmonita, fugiit in Ægyptum cum infante. In huius venerationem dic, *Pater noster,* *Aue Maria.*

ARTICULI VITAE CHRISTI.

Signa facit, docuit, pius est, iniuria, palmis.

EXPLANATIO.

Signa facit, puta, Iesus sanando omnes infirmos, expellendo demones, mortuos suscitando. Vide hic Iesu diuinitatem, atque virtutem: gratias illi age, & pete sanari in anima à vitijs & passionibus malis. *Aue Maria.*

Docuit, hoc est, prædicauit, vadens de ciuitate ad ciuitatem, & oues suas requirens, pro quo illi gratias age. *Aue Maria.*

Pius est, in hoc, quod peccatores multos ad se trahens, conuertit, venientes benignè recepit, cum illis (quo cunctis spem veniæ præberet) familiarem sese exhibens, manducauit pro qua re beneficioq; gratias age, ipsum adora, ab eodem tuorum delictorum ueliam roga. *Aue Maria.*

Iniuria, scilicet frequens illi fit per inuidiam persecutionemq; scribarum & Phariseorum. Gratias illi age, & disce ab eodè mititatem & patientiam in aduersis, & erga persecutores esto benignus. *Aue Maria.*

Ioan. 12.

Palmis, id est, cum honore, palmis, cantuq; in asino sedens, in urbem receptus

ius est. Vide quia ipse inierim super Hierusalem fleuit, nihilominus in templo zelum tunc exercuit, & constantissimè prædicauit. *Aue Maria.* Luc. 19.

Effusio sanguinis Christi. II.

Secundam hic meditare sanguinis Iesu effusionem in monte Oliueti orantibus, & sub agone sudantis. Hanc effusionem Deo Patri, in filij amoris ac obedientie vnione offer pro tuis vniuersorumq; tam viuorum, quàm defunctorum delictis. Pro hac item sanguinis effusione Iesum adora, eidem gratias agens, atque præcipuè tunc ad refrigerium animarum, hoc est, ad extinctionem ignis, quo vtuntur defunctorum animæ in purgatorio, eadem sanguinis effusione cum reliquis Christi meritis vtere, orans Deum pro animabus purgandis. *Pater noster, Aue Maria.* Luc. 21.

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Venditur, abscedit, lauat, instituensque, docebit.

EXPLANATIO.

Venditur, Iudæis scilicet, à discipulo Iesus vilissimo pretio. Vide hic Iesu vilipensionem, dilige tui contemptum. Gratias illi age atque cunctis quæ extra ipsum sunt, hunc præter & chariorem pretiosoremq; tibi constitue. *Aue Maria.* Matt. 26.

Abscedit, Iesus à matre ad cœnam nouissimam, & subiinde ad passionem abiturus. Meditare hic tristissimam dolorosamque matris & filij diuisionem, & gratias illi age, quia propter te tam pia mater, tam charum amittit filiũ. *Aue Maria.* Ibidem.

Lauat, Iesus à cœna typica surgens discipulorum suorum lauat pedes. Vide Iesu humilitatem, quia proditoris sui quoque lauat pedes. Imitare per officia cuncta humilitatis & charitatis Christi exemplum, eidemq; gratias age. *Aue Maria.* Ioan. 13.

Instituensq;, Iesus Sacramentum corporis & sanguinis sui instituit, quo vique ad consummationem seculi nobiscum manens nos vult cibare. Atter nobilissimum donum, maximum beneficium eius, amoremq; erga nos flagrantissimum, eidemq; gratias age, illumq; adorans, vt se tibi præbeat, pete. *Aue Maria.* Matt. 26. Luc. 22.

Docet, Iesus consolans suos sermone suauissimo. Vide tenerrimi ardentissimique amoris abundantiam, amantis dulcedinem, atque præmonentis curam & diligentiam. Gratias illi age, & petenda pete. *Aue Maria.* Ioan. 14. 15. & 16.

Ad Matutinas.

Dolor B. Mariæ Virginis. III.

Tertium dolorem tristitiamq; beatae Mariæ virginis hic recole, quàm filium amissum ipsa triduo quarens, sensit. In huius venerationem, vbi Deo hunc pro tui & pro mundi peccatis obtuleris, vbi quoq; Christo eiusq; matri gratias egeris, dic. *Pater noster, Aue Maria.* Luc. 2.

ARTI-

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Tristior, atque rogat, visitat, fit obuius, ad quid.

ELVCIDATIO.

Matt. 26.
Mar. 14.

Tristior. Iesus ad hortum exiens, cepit pauere & redere ob imminentem passionem: quam obrem, *visitatus est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Cōpatere Iesu afflicto, ingemisce te tristitiæ huius causam esse. Ora iuitatis spiritum à te auferri, sanctam compunctionem infundi, & Domino Iesu ipsius tristitiam pro peccatis tuis offer, eidemq; gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Atque rogat, Iesus scilicet Patrem, vt à se transferatur passionis calix: magis autem, vt in se patris fiat voluntas. Meditare hic Christi orantis sedulitatem, vigilantiam, orationisq; condiciones. Gratias age, teq; eidem in omni eius beneplacitum resigna, *Aue Maria.*

Ibidem.

Visitat, suos discipulos à somno excitans, atque vt pater eisdem præmonens. Disce hic, quia Iesus discipulorum curam suæ tristitiæ prætulit, orationemq; propter eos intermisit, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Ioan. 3.

Fit obuius. Vtrò it Iesus hostibus obuiam. Vide patiendi feruentissimam Iesu voluntatem, & euadendi (si voluisset) potentiam. Pete promptissimam à Deo tibi donari patiendi, atque ad omnia eidem te resignandi voluntatem, & illi gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Ad quid, significatur hic mansuetudo Iesu, osculum simulata charitate à Iuda proditore sibi datum recipientis, dicentisq;: *Amice ad quid venisti*. Meditare qua compassione proditorem Iesus receperit, admonuerit, ad conuersionemq; monuerit, & gratias illi age ipsum adorans. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi. III.

Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Tertiam hoc loco meditare sanguinis Iesu effusionem in sui flagellatione nudati corporis tolleratam, eandem per cor ipsius suauissimum, atque in eiusdem amoris visione Patri pro tuis ac mundi peccatis obrens, quomodo supra dictum est. *Pater noster. Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Captum, sune ligant, fugiunt, Annæque, negatur.

ELVCIDATIO.

Ioan. 18.

Captum. Hostium furore ac tumultu captus est Iesus. Vide & expendi hostium crudelitatem, agni mirissimi innocentissimiq; mansuetudinem, & gratias agens quæ petenda sunt pete. *Aue Maria.*

Ibidem.

Sune ligant, Iesum vinctum vt cum qui mortis foret reus ducunt. Compertere pio Iesu se non defendenti, illi gratias age, peteq; ab eodem te capi, charitatisq; perpetuæ funiculis indissolubiler te ipsi alligari. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Fugiunt, Iesu relicto inter manus hostium, discipuli. Dole hic quod tam sepe à Deo recessisti, gratiasq; Deo age, & pete inamissibilis gratiæ suæ custodiam diuina te seruari. *Aue Maria.*

Ioan. 18.

Annæque, est Iesus crudeliter adductus, à pontifice tumide interrogatus, à seruo alapa percussus. Gratias age Domino Iesu, ab eodemq; disce contra Deum contemp-

contemptum ac iniuriam zelari, & eius honorem tueri, pro te verò tacere, atque Deo causam tuam committere. *Aue Maria.*

Negatur, A Petro ter. Meditare hic Iesu Petrum respicientis benignitatem Petri qui negauerit fletum & poenitentiam: & accusa te, quod Christum saepius negaueris, hoc est, veritatem aut non confessus fueris, aut non propugnaueris propter humanum timorem seu fauorem: & pete te, quomodo Petrus est respectus à Christo, respici ac emendari, *Aue Maria.*

Ad primam.

Dolor B. Mariae Virginis IV.

Quartum hic dolorem tristitiamque beatissimæ Virginis matris recole, eum scilicet, quando filium suum vidit captum, damnatum, praegratumque sub cruce. Hunc dolorem roga beatissimam virginem Mariam, vt pro tuis totiusque mundi delictis filio offerat suo. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Ad Caipham, damnant, cæsus, fert multa, Pilato.

EXPLANATIO.

Ad Caipham, scilicet Iesum ductus est, vbi sacerdotum scribarumque congregatum fuerat consilium. Vide quam toruis oculis Iesum inspiciunt, quam superbe illum ante se constituunt iudicandum, quam asperis blasphemisque obiurgationibus illum inuadunt, & illi gratias age. *Aue Maria.*

Damnant, hoc est, blasphemum ac reum esse mortis decernunt, propterea quod adiuratus, veritatem est confessus. Vide Christi patientiam verecundiamque, gratias illi age & ei compatere. *Aue Maria.*

Cæsus est Iesus palmis, & alapis in faciem. Compatere illi & gratias age: memeroque quod Iesum tu cædis, dum impudenter, hoc est, voluntariè seu deliberatus peccas. *Aue Maria.*

Fert multa, alia scilicet, quod faciem Iesu conspuerunt, quod eius oculos volebant, quod denique colaphis pugnisque illudentes illum percutiebant. Condole Domino tuo, & admirare eius patientiam humilitatemque inter huiusmodi ribaldos constituti per residuum noctis, & offer eadem quæ patitur Patri pro tuis mundique peccatis. *Aue Maria.*

Pilato, mane Iesum vincitum adducunt. Vide quomodo ad sanguinem Iesu fundendum in hiant, quomodo festinant. Vide Iesu consputam faciem ac deturpatam: & gratias eidem pro his quæ pro te patitur, age. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi IV.

Quartam nunc meditare Iesu sanguinis effusionem, quando caput eius sacrum spinis fuit coronatum, arundineque percussum. Hanc offer Deo Patri, quomodo de reliquis supra dictum est. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Accusant, regi, spernitur, & latroni, flagella.

D d

ELY

ELUCIDATIO.

Matt. 27.

Accusant, puta Iudæi Iesum Pilato adductum. Vide quantis dolis, quantis criminationibus, quamque importunè nituntur homines vilissimi Iesum innocentissimum infamare. Vide quàm humiliter, qui poterat confutare omnes, quasi reus omnium tacebat. Gratias illi age, oratque tantam ab eodem donari patientiam & humilitatem, vt accusationes, detractio- nes, iudicia, correptionesque aliorum æquanimiter feras. *Aue Maria*

Luc. 23.

Regi, hoc est, Herodi mittitur à Pilato Iesus. Vide quam probrosè indignanterque ducitur, quàm pertinaciter ibi & iniquè accusatur Dominus mansuetus, ad omnia tacès. Age gratias illi, & roga vt te faciat se imitari. *Aue Ma.*

Ibidem.

Spernitur ab Herode Iesus, quòd noluit ad illius instantiam facere signa & propterea alba veste illusus. Pilato remittitur. Vide Iesum quàm à gloria vana, ab ostentatione, ab adulandi, euadendi que studio fuerit alienus, quàm obediens hostibus eundo & redeundo, illuforianamque vestem sustinendo. Gratias illi age & ipsum adorans imitari stude. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Et latroni, Iesus à Pilato cum latrone fuit propositus Iudæis, dataque optio, vt alterum eligerent, quem propter festiuitatem Paschalem ex priuilegio vita donarent. Quod licet Iudex in fauorem Christi faceret, puta quo illum, à morte eriperet, in magnam tamen id Christo cessit contumeliam, puta quòd seditioso fuerit comparatus latroni, eodemque iniquior ac vita indignior iudicatus. Nam latrone dimisso, Christum crucifigi postulabant. Expende in- gemiscens ignomiam Christo factam, inuidiam item Iudæorum, quæ cor Christi pijsimum sauciabat, præferentium latronem seditiosum atque exo- sum Christo. Meditans recole, quomodo tam sæpe Christo prætulæris tu rem vilissimam. Modo igitur præ cunctis eundem eligens, dilige.

Ibidem.

Flagella, scilicet Iesus sustinuit, nudus ad columnam ligatus. Meditare ma- datum verecundiam innocentem, ligationem quasi impotētis, cni vincula vim possent inferre, dolorem verberum, fulcationem plagarum in eius carne, ef- fusionem conculcationemque sanguinis eius, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Ad Tertiam.

Dolor B. Mariæ Virginis V.

Ioan. 19.

Quintum hic meditare dolorem tristitiamve, seu compassionem virgi- nis Mariæ, filium suum in cruce pœnis & opprobrijs satiatum intuen- tis: cui nihil potuit ipsa adferre remedij aut consolationis, sed præsen- tia sua filij potius augebat pœnam.

Roga beatissimam Virginem vt hanc tristitiam filio suo pro te & pro vniuerso mundo offerat, *Pater noster*, *Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Spinis ostentat, damnatur, sub cruce, flebant.

ELUCIDATIO.

Matt. 27.

Ioan. 19.

Spinis, fuit coronatus Dominus Iesus. At tunc hic coronationis huius ma- ximum cruciatum, Christi illusionem impropriumque, & gratias age ei, qui pro te hæc sustinuit. *Aue Maria.*

Ostentat Christum Pilatus casum, coronatum, illufumque Iudæis, dicent

Ecc.

Ecce homo, volens ad compafsionem eos prouocare. At illi obftinati maiori clamabant inuidia: *Crucifige, crucifige eum.* Vide hic Iefu dolorem, ignominiam verecundiamq; fui populi ingratitude audientis, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Dannatur, Iefus ftans ante tribunal iudicis ad mortem. Vide innocentiffimi Iefu quafi omnium foret reus, dignationem, humilitatem, atque manfuetudinem. Compatere ei & renoua firmatq; propofitum tuum de neminem iudicando, & gratias eidem age. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Sub cruce, quam fuis geftat in humeris Iefus incedit curuus, gemens, atque viribus deficiens. Vide eius cruenta vefigia, audi turbæ infultantis clamorem, Chrifti item fingultus, & itineris huius calamitofæ conditionem vniuerfam. Compatere ex animo eidem, illumq; adorans gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Mar. 15.

Flebant, beatiffima eius mater cum reliquis deuotis mulieribus. Attende quomodo eius illi mater triftis occurrit, quomodo intuiti fe mutuo fuerint mater & filius, quomodoq; sub onere nimio crucis Iefus ceciderit. Ora inflāter, vt fui tibi imitationem largiatur, & gratias age illi. *Aue Maria.*

Effufio sanguinis Chrifti V.

Quintam hic meditare fanguinis Iefu effufionem, quando extracta velle renouatisq; tam doloribus quam vulneribus in monte Caluarie crucifigendus copiofum fanguinem fudit, hanc Iefu effufionem offer Deo Patri vt fupra. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Nudant, extendunt, crucifixus, fcriptus, & orat.

ELVCIDATIO.

Nudent, Iefum in monte Caluarie crucifigendum. Meditare hic Iefu verecundiam ftantis corpore nudo laceratq; in oculis fe deridentiu: vulnerum item renouatorum dolorem, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Extendunt Iefum fuper cruce. Vide quomodo parata cruce defuper Iefu profternitur, quomodo diftraftis membris extenditur. Compatere illi, gratias age, & ad maiora te femper extende. *Aue Maria.*

Crucifixus eft Dominus Iefus. Expende Iefu dolorem acerbiffimum, puta, manuum eius perforationem ac pedum, & in cruce eleuationem. Vide Iefum fe pro te inter acerbiffimos cruciatu offerentem: gratias illi age, illum adortatu quoque oblationem hanc pro te Deo Patri offero. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Mar. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Scriptus eft titulus crucisq; fuprapofitus: *Iefus Nazarenus Rex Iudaorum.* Sub hoc titulo velis militare, hoc titulo opta protegi. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Et orat pro crucifixoribus fuis Iefus. Vide Iefu manfuetudinem, charitatem & mifericordiam, imitare, & cura vt nullus in te ranor aduerfus aliquem moretur. *Aue Maria.*

Ad Sextam.

Dolor B. Mariæ Virginis VI.

Dd 2

Sextum

Sextum hic meditare dolorem beatæ Virginis compatiensimæq; matris, quando suum de cruce accepit filium, & roga, vt suum hunc dolorem filio pro tuis, vniuersiq; mundi peccatis offerat. *Pater noster, Ave Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Associant, tribus, effluxit, diuidunt que, mouebant.

EXPLANATIO.

Matt. 27.

Associant, Domino Iesu duos latrones crucifigendos, inter quos etiam principem locant. Vide Iesu patientiam, ad eum humiliter sui infamationem iniustam tollerantis. Gratias illi age, ipsumq; adora. Tantum esse tibi debet charior, quo propter te factus est vitior seu delictior. *Ave Maria.*

Tribus, clavis & tribus horis Dominus Iesus pendit in cruce ante suam mortem. Attende mirabilem poenarum Iesu cruciatum, & ora pro patientia, fortitudine, longanimitate quoque & perseverantia. *Ave Maria.*

Effluxit, hoc est, laxatis vulneribus Iesu, præsertim manuum ac pedum propter pondus corporis crucis, emanat copiosissimus, crucem, terramq; rigant. Adora eum & gratias age illi. *Ave Maria.*

Matt. 27.

Ioan. 19.

Diuiduntque, vestimenta Iesu milites. Vide Iesu contemptum, cui in exprobrationem pauperatis vestium eius diuisio fit per milites ironice, de regia opulentiæ præda gloriantes: & cogita matris dolorem, quæ vestes illi eadem parauerat. *Ave Maria.*

Heidem.

Mouebant, principes capita sua illudentes ad alteruterum, Christoque ipsam exprobrantes beneficia. Vide impiorum duritiam, patienti & maxime afflicto pro compassione illusionem persecutionemq; offerentium Christo. Disce tu miseris alijs compati atque esse misericors, Iesumq; pro contumelia illi irrogata, adora & gratias illi age. *Ave Maria.*

Effusio sanguinis Christi V I.

Hic sextam meditare sanguinis Iesu effusionem, eam scilicet, quam ex perforatione manuum ac pedum in cruce profudit. Hanc Deo offer Patri pro tuis atque totius mundi peccatis &c. vt supra. *Pater noster, Ave Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Vndique, condidit, mulier que, relictus, aceto.

EXPLANATIO.

Vndique, in omnibus & vndecunque grauaminibus accedentibus exaggerata anteaque continuè est passio Christi. Attende Christi maiestatem, innocentiam, beneficiaq; humanitatis eius, item nobilitatem, carnis complexionemq; terneritudinem, Paschæ festiuitatem, populi aspicientis multitudinem, persequentium vilitatem, propriæ atque electæ plebis ingratitude: quæ omnia, aliaq; multo plura Christi passionem aggrauebant. Compatere illi, adora & gratias age. *Ave Maria.*

Condoluit, pijsissima mater Iesu filio patienti: item filius matri astanti & cō-
 patienti, alterq; vulnerabat cor alterius. Ora pro gratia compafsionis & mi-
 ſericordiarum tibi donanda: atq; ad opera pietatis paratum ſemper animum
 exhibe. *Aue Maria.*

Mulierq; Commendat Ieſus matrem diſcipulo Ioanni dicens: *Mulier ecce ſi-*
bi tum. Roga tu vt Dei mater, tua etiam dignetur eſſe mater, filius te eidem
 committat, ipſa adoptet. *Aue Maria.*

Relictus. Derelictus enim fuit Ieſus à Patre, hoc eſt, nihil ſubſidij, conſola-
 tionis, releuationisq; pœnarum ſentiens, ad eò vt propter nimietatem pœna-
 rum & internarum afflictionum alta voce clamauerit: *Eli, Eli, Lamaſababani!* *Matt. 27.*
 Expende hic Chriſti internos externosq; cruciatus: nec ſolum corporis, verù
 etiam animæ eius anguſtias. Gratias illi age, & conſolationibus non neceſſa-
 rijs imò etiam interdum neceſſarijs carere diſce. *Aue Maria.*

Ascto, ſitrens Ieſus potatus eſt. Attende ſitim aridiſſimam Ieſu, eiusq; de-
 ſolationem, quia non habuit qui pauillum ſibi aquæ tribuiſſet. Propone
 Chriſti amore tibi quoq; multa delectabilia propter Deum, quantum licet,
 & quibus carere potes, tubrahare. *Aue Maria.*

Ad Nonam.

Dolor beatæ Mariæ Virginis VI.

Serimum hic meditare dolorem compatiſſimæ matris filij Dei,
 ſum à filio ſinibus ſuis abſtracto atque ſepulto cogebat eam nox inſtans
 recedere, & per loca dum tranſiret paſſionis filij, dolorum quoque re-
 minifcebat, quos ex recenti memoria paſſionis filij ſui in ſuo ſentiebat
 corde renouari. Offer eoſdem, & ora vt ſupra. *Pater noſter, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Expirat, foditur, ſolunt, ſepelitur, eduxit.

Explanatio.

Expirat, hoc eſt, propter te Dominus Ieſus inter amariſſimos pœna-
 rum cruciatus moriens tradit ſpiritum. Vide dolorem & attende inuo-
 cationem morientis. Vide quoque & gaude ad noſtræ redemptionis
 conſummationem. Chriſtoq; ſaluatori tuo gratias age, illumq; adora. *Aue*
Maria.

Foditur. Latus Ieſu mortui à milite lancea. Attende vulneris magnitudinē,
 cordis apertionem, matris dolorem cordialem, & hoc vulnus elige, pete q; il-
 lud tibi dari in perpetuum hoſpitiū. *Aue Maria.*

Solunt, de cruce corpus Ieſu, matriq; illud in ſinum reddunt. Vide matris
 deuotionem æſtuantiſſimo illud amore ſuſcipientis, vide gemitus ſentium,
 & planctum ſuper corpore illo mortuo, atque vulneribus, cruore & liuore
 vbique pleno. Plange tu quoque quod tuis facinoribus illum interfeciſti. *Aue*
Maria.

Ibidem. Sepelitur Iesus, Aspice Christi corporis vnctionem, inuolutionem, sepul-
turam & tristem matris discessionem. Gratias age Christo, pete veniam à
matre, & dolo quod tui causa hoc homicidium, immò (si dicere sic liceat) de-
cidium perpetratum est. *Aue Maria.*

Matt. 27. *Eduxit*, Christus ad inferna descendens, Patres captiuos de lyngo. Medi-
tare Christi benignitatem, Patrum captiuorum gaudium & liberationem,
& pete vt sanguis calidus Christi ac preciosus nunc quoque in purgatoriū
defunctorum descendat, eademq; virtute defunctis singulis refrigerium præ-
beat. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi VII.

oaa. 19. **M**editare hic septimam effusionem sanguinis Christi, quæ fuit, dum
microne vulneratus Iesus in latere, emisit sanguinem & aquam &c.
Offer eandem Patri omnipotenti pro tuis & mundi vniuersi pecca-
tis: Ora q; vt ablato immundo, superbo, duroq; corde tuo Dominus Iesus det
tibi cor suum, humillimum, deuotissimum, castissimum, piissimum & mise-
ricordissimum, quod in sanguine suo lotum simpliciter, sui amore infiam-
met, absorbeat atque secum vnum faciat. *Fater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI VITAE CHRISTI.

Surgetis, ascendit, mittens, assumpta que, iudex.

EXPLANATIO.

Ioan. 20. **S**urgens Iesus à morte rediuius & gloriosus primo apparuit suæ matri
deinde Mariæ Magdalenz & reliquis. Attende resurgentis victoriam,
triumphum & gloriam. Aduerte matris & filij colloquentium supremā
lætitia, reliquorum quoq; quibus apparuit, consolationem. Exulta, gratula-
re, adoraq; Dominum Deum tuum. *Aue Maria.*

*Matt. 6.
Luc 24.
Act. 1.* **Ascendit** Christus in cælum. Vide Angelorum occurrentium testitatis,
turba electorum simul ascendentis lætitiā & exultationem, Matrisq; & A-
postolorum deuotam gratulationem. Gratulare tu quoque Christo ascendē-
ti, & in gloriam Patris redeunti. *Aue Maria.*

Act. 1. **Mittens** Iesus Spiritum sanctum dedit dona hominibus. Vide quam neces-
sarius tibi sit Spiritus sanctus. Ora quam potes maximè pro donis Spiritus
sancti tibi largiendis. *Aue Maria.*

Assumpta q; Assumpta est beata Maria à filio in cælum corpore & anima
gloriosa, & supra choros supremos angelorum coronata. Vide eius in sui
assumptione lætitiā, angelorum omniumq; cœlestium occurrentium gau-
dium & tripudium. Vide etiam beatissimæ Mariæ misericordiam ac impo-
trandi pro nobis virtutem. *Aue Maria.*

Iudex, est omnium venturus Dominus Iesus. Ora nunc pro misericordia.
Nemomento quidem perseuera in proposito peccandi quantumlibet venia-
liter, & pro peccatis præteritis gema, plange & ora, de venia illorum apud
Deum nihil desperans. *Aue Maria.*

Si huc

Sihæc præscripta tuam non iuuerint deuotionem, alio te potes modo in Dominicæ Passionis exercitio excitare: verbi gratia, vt ad potiores articulos Dominicæ Passionis hoc modo meditans, ingemiscas. Ingemisce primo, quod tam innocenter Dæus Dei filius, Dominus Iesus tam innumera, tam crudelia & tam dura patitur. Ingemisce iterum, quod tam mansuetè, & ex tam ingenti charitate patitur. Ingemisce tertio & erubescè, quod pro tam vili tamque indigno patitur. Ingemisce quarto, erubescè & plange, quod pro tam ingrato ac contumelioso patitur: puta qui beneficium non solum non agnoscit, sed impudens etiam contemnit: hoc est, qui pro amore contemptum, pro fidelitate iniuriam, pro beneficijs denique peccata & offensiones retribuit. Vale filia & Deum sponsum tuum pro me orare velis.

Obitum Sanctorum vt non sit nimie plorandus: in omni desolatione vt Deo innitendum: amor noster vt à creaturis sit ad Deum transferendus: corpus vt sit discretè regendum: lachrymis nimis atque maxore cur sit abstinentum.

Epistola LXVI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
Sorori & in Christo filia charissimæ Gerdiudi, Iesu ancillæ.

Veræ charitati hoc arbitror esse amicam ac propriam, filia charissimæ, aliena haud secus, atque sua curare. Consideranti itaque mihi luctum tuum, duplex oboritur materia condolendi. Prima quod, quam in Christo verè diligo, audio tristem. Altera, quod hæc tristitia non vsquequaque sit secundum Deum, vt pote inutilis, onerosa ac periculosa. Fles enim matrem tuam spiritualem simul ac meam, virginem deuotissimam deditissimamq; Deo, à me & plerisque multis in corpore adhuc nobiscum degentem veneratam, sanctam (licet facie tenus mihi ignotam) ex hac luce nobis subtractam, idèq; multis iam mensibus.

O charissima soror, non amifisti, sed iam primum inuenisti matrem. Quæ cum beata modo cum Christo coniunctione lætetur, impium est ac planè iniuriosum, pro eius migratione flere, atque idèd tristari. Cum verò perfectissima iam plena sit charitate, fide, pietate beneuolentiæq; ad suos, longèque plus nunc, quam ante valeat ante Deum, perinde stultum est te derelictam ex eius obitu æstimare. Porro, quod tam dulcis tamq; amica eius fuit consuetudo, vt hac carere molestissimum sit, non minus puerile est flere: propterea quod spiritualis ad omnium huiusmodi resignationem paratissima esse debeas. Multis autem mensibus flentem, & vel tacendo querulam nescio mortificatam dicere. Putabam te charissima magis fuisse resignatam, quando quidem nihil illi, quam diligis mali, nihil tibi (si verè secundum spiritum sapias) incommodi, sed vtri que bona spiritus hoc casu accidisse certum est.

Necessarium igitur est vt temetipsam exeas, relinquant, & delectationem hanc quamlibet spiritualem ex ea habitam, spontè resignes, id est, amittas Phil. 4. propter

Veræ charitatis officium quod sit.

Obitus sanctorum vt non sit nimie plorandus.